

1703.


1. Busch, Gaspard : De exceptione iuratoria secus.
l. 2. Pw. de Pwnt. Impont. Offend.
2. Hake, Christianus, Albertus : De confessione delicti iure
civili
3. Hellbach, Johann Christoph : De punitis et emendatis
et minoribus
4. Nichten, Gualtero Benjamin : De iudicis promissoria
5. Schindler, Martinus : De sponsalibus clandestinis
6. Schumannus, Christianus : De foro representationis
7. Streit, Joannes Philippus : De iudicis.
8. Streit, Joannes Philippus : De legibus et non statibus
personarum si se oriuntur statentis

9. Kretz, Franz Philipp : De contractu pignoratitio
10. Tiesdorfer, Johann Heinrich : De Jurecom & 2
 Utroq; christianorum publicis tolerantia
11. Viti, Johann : De probacione, qual fit
 per instrumenta
- 12^a, Wincop, Johann Mathias : De admittendis et
 rejiciendis procuratoribus 2 Sept.

1704

1. Bekker, Johann Christian : De remissione delicti
 privati
2. Minor, Georgii Francisci Equitis : De lege diocesana.
3. Meier, Joh. Henr. : De officio tutoris
4. Meier, Johann Henr. : De perpetuis carceribus

5. Piſtor, Philippus Fredericus: De numerata pecunia
soluenda -
6. Torgell, Emmerich: De jure rescindendi transactionum
7. Vesti, Jostes: De imputatione virtuti
8. Weinberg, Karpus Günther: De suspensione et officio
Wein
9. ~~Wier~~, Johann Wier: De errore non nocens
10. Winap, Johann Matthäus, Perf. publ. orator: ad Repu-
blicationem eorum. Inanis sine Weisii iustitiae
11. Winap, Johann Matthäus: De remissionem delinquentium
et crimina perpetuata delicti
12. Winap, Johann Matthäus: De restitutionibus 7 tractat
13. Winap, Johann Matthäus: De executione et impeditis
in causis civitatibus



1703, 6
2. D. B. V.
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
De

483
6

**FORO
DEPREHEN-
SIONIS**

SUB PRÆSIDIO ALTISSIMI

ex
DECRETO & CONSENSU
INCLYTI JURECONSULTORUM ORDINIS
*In Per-antiqua celeberrima & Electorali Uni-
versitate Erffurtensi*

Pro LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores, Immunitates
& Privilegia DOCTORALIA

*inè & legitimè consequendi,
publicè eruditorum disquisitioni submitte*

AUTOR & DEFENSOR

CHRISTIANUS SCHUMANNUS

Mehranâ-Misn. Advocatus immatriculatus

IN AUDITORIO JURISCONSULTORUM MAJORI

Die *Augusti* Anno M. DCC. III.

ERFORDIÆ, STANNO MÜLLERIANO.



DEO
&
PATRONIS.



Quod DEUS bene vertat !

§. I.



Um rerum notitia à verborum quodammodo dependeat cognitione *l. i. pr. ff. de rebus credit. & omnes doctrinæ sentu verborum explicentur, Olfendorp. class. 4. de action. mandat.* Ita verborum rationem ante omnia penes

nostram materiam de Foro deprehensionis habere nobis quoque incumbit, nisi eâ omisâ aliâs pertractatio nostra, sicuti in omni disciplinarum genere, perdifficilis evasura sit. Hinc inde antequam rem ipsam aggredimur, pauca de iis præmittere visum est.

§. II.

Forum apud *Isidorum* in sermone masculino

FORUS legi extat in *cap. 10. X. de verb. signif.* Sed apud Latinos autores in masculino non reperiri observat

Augustus Barbosa d. l. Et FORUM ex sententia *M. Varronis lib. 1. de lingv. lat.* à ferendo dicitur, quod litigantes controversias suas in locum Judicis deferunt, quâ ratione suffultus de hujus vocabuli derivatione tam-

A. 2 diu

diu disquirere haud necesse erit, sed tantum quædam de illius significatu annotare licebit.

§. III.

Forum itaque varias habere significaciones nemo erit qui dubitat. Præsertim n. tumitur 1.) Politico sensu pro loco, ubi negotiatores res, quas vendere cupiunt, deferunt. *Molinæus ad tit. C. de Jurisdic. omni. Jud. in fin.* inde proverbium ortum: utere foro. it. pro vestibulo sepulchri, quod ab antiquis Forum appellabatur, it pro spelunca uti extat è sacra scriptura de Foro Adullam. *cap. 22. libr. 1. Sam. 2.*) Forum habet sensum theologicum, ut forum poli conscientiæ, confessionis, ac pœnitentiæ. 3.) accipitur in sensu juridico pro loco judiciali ac pro spatio eodem, in quo secundum potestatem à lege actoribus datam horum adversarii conveniri possunt. *l. 1. ff. de J. & J. l. 21. §. 10 ff. de recept. qui arbitr. recep.* Qua propter ejusmodi spatium seu locus modo tribunal & sedes ipsius Jurisdictionis modo auditorium vocari extat *l. 1. ff. de Jud. l. 14. C. eod.*

§. 4.

Forum ergo pro loco jurisdictionis sumtum & in quo judicia exercentur *Christ. Besold in tr. de jud. proc. cap. 1. th. 3.* est vel competens vel non. Illud est locus judicii, quò litigantes necessariò causas litigiosas ad decidendum deferre debent, aut ubi reus respondere se non excusare, neque eum fugere potest; quò dicerem dividitur in Commune & Singulare s. privilegiatum. Illud sortitur vel ex Persona propria, vel ex persona aliena. Forum ex persona propria

pria sortitum dispescitur in Ordinarium s. immediatum, & in subsidiarium s. obliquum. Ordinarium constituitur vel ratione Domicilii *l. 7. C. incol.* & est Forum ubi reus regulariter in omnibus causis conveniri potest *l. 19. §. 1. ff. de jud. C.* tantum redditio rationis est exempta. *Dec. Elect. 36. ubi Pbil. observ. 2.* vel ratione Contractus *l. 19. §. 1. de judic.* modo reus simul eodem loco reperitur. *Carpz. lib. 2. resp. 30.* vel ratione Delicti Comissi *l. 1. C. ubi de Crimin. l. 3. ff. de accusat.* vel ratione Rei sitæ *l. 38. C. ubi in rem actio.* vel ratione Cohærentiæ causarum *tot. tit. ff. de quibus rebus ad eund. jud. eatur.* Subsidiarium v. s. obliquum est quod ratione Deprehensionis constituitur, & ubi rei criminis fugitivi capi ac puniri possunt ac debent. *l. 1. C. ubi de crim.*

§. V.

Cumque Forum judiciale, uti §. præcedenti inchoatum, in varias dispescatur divisiones, nostri vero propositi non sit de iis hic loci multa singulatim, sed tantum de Foro subsidiario s. deprehensionis agere. Ita de eo, quantum Deus nostris cœptis felicis successus largiatur, quædam in sequentibus cognoscamus.

§. VI.

Quamvis autem ante omnia evolvi debeant nomina, antequam quis ad rerum cognitionem provehatur, & ideo verum sit quod illorum cura prior, harum

harum verò posterior dicatur *l. 7. §. fin. ff. de supellect. legat.* & uti in vocabulo Fori in §. 2. & 3. *precedent.* ita quoque respectu Deprehensionis explicatio præmitti deberet. Cum verò sit facilioris scientiæ, sufficit à verbo deprehendere illud descendere, quod apud latinos autores idem significat ac investigando invenire, quod quoque in hoc sensu in Legibus ita reperitur v. g. in latrocinio, homicidio & adulterio deprehendi. *l. 7. C. de defens. civit. l. 43. §. 12. ff. de ritu nupt.*

§. VII.

Secundum huncce deprehensionis significatum rectè itaque Forum deprehensionis definiri potest, quod sit Forum subsidiarium, quod reus ob delictum aliunde commissum auggiens investigando inventus, ac captus fortitur, ac de hujus incompetentia quæri non potest nec debet.

§. 8.

Quotiescunque enim furta, adulteria, latrocinia homicidia aliaque similia ad publicam vindictam spectantia in hac sceleratorum hominum frequentia & multitudine committuntur, toties rei facinorum suorum vel in loco originis s. domicili, vel in loco ipso delicti commissi & quod sæpissimè fit in terris alienis tuta quoque quærunt receptacula. Delicta verò ne manserint impunita, Deprehensionem istorum vagabundorum, pessimorum nebulonum & aliorum delinquentium repertam ex observantia videmus, ne justitiæ ejusmodi fugitivi sese subtrahant sed ut pro merito

merito culpam luant; Quapropter & cujusvis judi-
cis cujuslibet loci sit officium inquirere, ac diligen-
tem curam adhibere, ut taliusmodi rei fugitivi in-
vestigentur, vinculisque constringantur ac punian-
tur. *l. 1. C. ubi de crim. Carpz. Prox. crim. p. 3. quest. 129.
n. 2. segg.* Alius enim scelerum impunitas delictorum
adaugeret multitudinem. *Jacob. Port. conf. 20. num. 45.*
Idcirco unicuique Judici Deus dedit gladii potestatem
juxta *Sanct. Elect. de Anno 1555. Tit. von Unkosten Pein-
licher Rechtfertigung ic.*

§. IX.

Cura quidem maxima præprimis incumbit illo
judici, sub cujus Jurisdictione & territorio delictum
vel fuerit commissum, secundum vulgare; ubi cri-
mina claruerint, ibi plerenda, vel in quo loco delin-
quens habitat *l. 2. C. de juris dict. Zanger de except. p. 2. c. 1.
n. 46. Sächß. Land-Recht lib. 3. Art. 25.* quia in crimi-
nalibus locum delicti omnia fora alia excludere satis
constat, etiamsi delinquens privilegio alias gaudeat,
non minus tamen tortori reum forum delicti commissi
& haud immerito privilegiis indignum reddi, quod
de domicilio nativitatis quoque est acceptandum *l. 19.
ff. de Judic. l. 2. C. de Jurisdic.* Neque id ratione caret,
cum quilibet scelestus alias in alienas provincias pro-
peraret, si sciret, se in loco habitationis & delicti com-
missi puniri non posse, *Jul. Clar. quest. 39. verb. sed qua
circa fin.*

§. X.

Datò aliquò maleficiò judices sub cujus jurisdic-
tione fugitivi sese celant idem ac ubi delictum com-
missum

missum aut ad instantiam aut ex officio contra illos
 procedere, eosque capere ac puniri possunt, & non
 est attendendum quod quidam dissentientes, inter
 quos *Pauermeister lib. 2. de Jurisdic.* est recensendus,
 allegarunt ac putarunt, ex generali germaniæ con-
 suetudine forum nativitatis s. originis amplius non at-
 tendi, pro ratione ducentes, quod reipubl. ratione
 originis non interfit, cum ea non sit læsa. Ast con-
 trarium nos statuimus, quod cuilibet haud ignotum.
 Et quanquam respectu delicti commissi reipublicæ
 nativitatis specialiter non interfit, legibus tamen ci-
 vilibus & canonicis generaliter cautum est publicum
 interesse, ne scil. delicta maneant impunita, *l. 51. §. 2.
 ff. ad L. Aquil. l. 13. ff. de offic. præsidis.* Est quoque le-
 gibus civilibus conforme, quod quæstiones criminum
 ubi comissa vel inchoata sunt vel ubi reperiantur qui
 rei essã perhibentur, perfici debeant, *l. 1. C. ubi de crim.
 agi oportet. jul. clar. de quæst. 39. v. quarto.*

§. XI.

Sicuti in causis civilibus iudicium potissimum
 constat ex personis, causis & forma, ita nostrum
 Forum deprehensionis circa criminalia quoque
 constituitur ex iisdem. Quare & Personæ nostrum
 forum constituentes iidem sunt vel Principales vel
 minus Principales. Principales sunt rei fugitivi, qui
 ob delictum commissum & ob horum pœnam evita-
 dam è loco commissi delicti aufugiunt, ac in loco de-
 prehensionis capiuntur, ita tamen ut argumentis do-
 neis vel indicis antea sint gravati *Carpz. p. 3. quæst. 108.*

n. 44. *seqq.* & Judices jurisdictionem exercentes ac
ejusmodi facinorosos autugentes capientes.

§. XII.

Quamvis a. delinquendi capaces tantum nostro
foro deprehensionis sunt obnoxii; Sicut n. obligatio
non solum ex facto licito sed & ex illicito nascitur l. 10.
in ff. de J. & J. 11. §. 2. de LL. ita ex obligatione delictorum
omnes autugentes possunt capi ac puniri l. 48.
de obl. §. art. l. 37. ff. de don. l. 35. ff. de V. O. eademque
ratione feminae honestiores fugientes non exi-
muntur. l. 7. §. 1. de jurisd. licet alias interdum mitio-
ri poena afficiantur l. 38. §. 1. 2. l. 39. §. 4. ad Leg. Jul. de Adult.
& in custodia mitiori detineantur. Carpz. pr. inquis. rit.
art. 3. Nec Filiisfam. l. 7. §. 1. de Jurisd. Neq; muti
& surdi Carpz. p. 3. quast. 147. num. 13. modo hi ratio-
nis usa non sint destituti; Cum autem ex facto illi-
cito obligatio nascatur, consensus delinquentis non
debet excludi sed iste maximè requiritur. Hugo Gro-
tius de Jure Belli & Pacis l. 2. cap. 20. n. 2.

§. XIII.

Licet tn. circa poenam statuendam solum fa-
ctum illicitum furiosorum & infantium per errorem
haud solum animadvertatur, ne illis poena ordinaria
afficiantur l. 12. ff. ad L. Corn. de sic. sed secundum con-
suetudinem Imperatoris in delictis expresse requiratur affe-
ctus delinquendi §. 7. *in fin. de obl. ex delicto*, hoc tantum
quod poenam statuendam est interpretandum, &
ejusmodi per errorem, delinquentes minime a de-
prehensione & captura sunt immunes, non obstante
quia quod dicunt & faciunt, non sentiant neque men-
te agitant, l. 7. §. 2. ff. de supellect. legat; Facta deprehen-

B

sione

fione n. & capturâ tunc demum, status & ætas & imbecillitas eorundem cognoscitur.

§. XIV.

Ex eâdem ratione multo minus excipiuntur puberes & pubertati proximi, qui scil. prope 6. Menses ab anno 14. absunt, & ob crimina aufugiunt, sicuti & prodigi; Hi quanquam vitio mentis laborant, ea ramen delinquendi licentia illis non est concedenda & minime à deprehensione isti excipiuntur. *arg. l. 1. §. 9. l. 2. 3. ff. de Edict. Edict.* Nec obstat quod puberes s. pubertati proximi & prodigi item ac minores non habeant personam standi in iudicio *l. 2. c. de person. quæ habeant standi*, Moribus tñ nostris patiuntur deprehensionem & inquisitorium processum ad hoc ut in pœnam promeritam condemnari quæant, sed tantum sæpè ob miseram ætatem mitigationem pœnæ accipiunt & loco ordinariæ pœnæ in carcere castigantur, *tenen Stock Schilling bekommen* & cum severa admotione statim dimittuntur.

§. XV.

Ob dignitatem quoque non sunt exempti clerici, cum exemptio & privilegium in atrocioribus delictis cesset *l. 4. C. ad L. Jul. Maj.* nec Nobiles neq; Doctores, cum penes iustitiam exercendam nullus iudex personarum dignitatem respicere debeat. *Carpzov. Prax. Crim. quest. 148. num. 39. seqq. Blumlacher ad consil. crim. concl. V. pag. 23.* De militibus verò quidem annotandum, qui quoque privilegio & exemptione gaudent & ab hoc foro deprehensionis eximuntur *tot. tit. C. de offic. Magistr. Milit. l. 9. ff. de cust. rerum. l. 6. C. de jurisd.*
quod

quod tamen de delicto militiam concernente e. g. Wann ein Soldat die Wache verschlafen / vom Regiment entlauffen / oder das Gewehr von sich geworffen ic. non autem de delicto communi v. g. si in adulterio, furto aut homicidio, rapina deprehendantur, est limitatum; hisce ultimis casibus militibus exceptio incompetentiæ s. privilegiati fori haud competit, sed ut alius criminis reus fugitivus deprehendus est ac puniendus. *Const. crim. Tit. 5. art. 4. l. ult. ff. de accusat.*

§. 16.

Judicem deprehensionis quod attinet iste fit persona habilis causam criminalem cognoscendi & statuendi habens licentiam. *l. 6. ff. de offic. Proc. l. 3. ff. de jurisdic.* Habilis esse debet persona nec impediatur Naturâ, ut furiosus, mente capitus, impubes, mutus & surdus *l. 12. §. 2. ff. de judic.* Cæcus a. ob supervenientiam cæcitatæ retinet suum officium. *l. 6. ff. eod.* sed ad novum acquirendum remittitur. *l. 1. §. 5. ff. de procurat.* Neque lege, ut senatu motus *d. 1. §. 12. §. 2. ff. de senat.* aut moribus ut Fœminæ *l. 12. §. 2. ff. de judic.* hisce rejectis reliqui omnes sive sint jurisperiti nec ne, sive Filii sive Patresfamil. modo secundum modum & ordinem præscriptum jurisdictionem, exercent.

XVII.

Porro Judex deprehensionis consideratur, quod habeat potestatem cognoscendi & statuendi licentiam in causis criminalibus *d. l. 6. ff. offic. procons.* & exerceat jurisdictionem, quæ jure civili ab Imperio differt; Imperium n. est potestas exequendi ejus, quod vi jurisdictionis est statutum *l. 3. ff. de jurisdic. ju-*

B 2

ris-

risdictio v. est potestas in quavis causa cognoscendi & statuendi, Hæc versatur circa quæstionem facti, & delicti, an verum sit factum & de corpore delicti constat, v. g. an furtum sit commissum & fur in loco quodam sese celaverit; Illud autem versatur circa quæstionem juris, quâ constat quid iustum & quid sit pronuntiandum de furto, v. g. an fur fugitivus sit indicis gravatus & ob id captandus, & puniendus. Hoc imperium iterum est vel merum vel mixtum. Hoc est potestas exequendi in causis civilibus, nec non modicè coercendi *arg. l. fin. §. 1 ff. de offic. ejus cui mandata est jurisd.* Illud est potestas gladii seu exequendi in criminalibus, so auff Haut und Haar gehet. *l. 3. d. jurisdict.*

§. XVIII.

Hodie Imperium plerumque adhæret jurisdictioni, quidam n. habent jurisdictionem i. e. notionem sed non imperium i. e. statuendi licentiam uti Consistoria, quæ cognoscunt de crimine non vero executionem instituunt sed foro seculari eam committunt. Hinc inde consistoriis deprehensio delinquentium nullo modo conceditur, sed ab iis Brachium seculare etiam ad personas ecclesiasticas & clericos capiendos invocatur, quanquam jurisdictionem circa notionem exercent.

§. XIX.

Hiscæ nunc cognotis haud necesse erit de eadem divisione multa discutere, sed tantum brevis adhuc erit quæstio, an magistratui mixtum imperium habenti qui nempe in causis civilibus cognoscere & modicè castigare potest, quoque fugientem ob delicta magna per-

peretrata deprehendere permiffum fit? Quod affirmative refpondetur; Ejuſmodi n. forū non deprehentione, ſed reis ob vindictam publicam fugitivis mediante deprehentione conſtituitur, & magiſtratus inferioris iuriſdictionis non detinent ejuſmodi captos cognofcendi, inquirendi & ſtatuedi gratia ſed cuſtodiendi donec evocentur à iudice imperium habente. Secus a. ſi fecerint, omnino de pœna & de turbatione iuriſdictionis tenentur prout ex obſervantia docemur *Carpz. p. 3. quaſt. 107.*

§. XX.

Perſonis Forum deprehentionis principaliter conſtituentibus cognitis ſequuntur Minus principales, quæ vel aſſiſtunt iudici deprehentionis vel Reis captis ac deprehentiſis. Prioribus annumerantur, Aſſeſſores ſive Scabini, Actuarii inſimul Notarii, apparitores Nuntii iurati, Liſtores, Carnifices *Ordin. Prox. Sax. tit. 2.* Poſterioribus v. Defenſores, qui vel ſine mandato vel ex mandato, etiam voluntate, ex neceſſitate vel pro avertenda vel pro innocentiâ vel pro mitiganda pœna pro reis captis ac detentibus cauſam deducunt *l. 38. ff. de procurat.*

§. XXI.

Cauſæ quibus noſtrum deprehentionis forum conſtituitur ſunt Facinora alibi à delinquentibus fugitivis perpetrata, quæ pœnam corporis afflictivam ac vindictam publicam promereant, *Gloſ. Weichbildt art. 17.* Ven eine Straff dictirt werden kan / ſo auff Haut und Haar gehet. aut ad pœnam pecuniariam fiſco inferendam tendant. *l. 4. §. 1. C. de incend.* Quænam a cauſæ ad merum & mixtum imperium annu-

merari possunt, singulatim in *Sententia Scabin. Lips. Ao 1620. & Constitutione Elect. de Ao 1555.* uberrimè sunt enarratæ, quorsum benevolam lectorem remittimus.

§. XXII.

Et tantum paucis deducimus in memoriam, causas cambiales, vi cujus Judex debitò solutionis tempore effluxo debitorem deprehendit ac in custodia detinet donec solvat, huic non pertinere. Nam sicuti verum est quod non deprehensio, sed uti in §. 19. dictum, reus ob pœnam delicti fugiens forum nostrum constituat, & causa debeat esse criminalis, ita quoq; verum causam cambialem non ex delicto sed ex facto licito oriri ac debitorem sese ad carcerem obligare; Interim tamen ejusmodi debitores fugitivi, modo ad instantiam partis fiat, à quocunque iudice, etiam interiori jurisdictionem habente deprehendit detineri possunt, licet exceptionem incompetentiæ e.g. loci contractus, destinati solutionis domicilii opponant.

§. XXIII.

Forma circa forum deprehensionis constituendum est vel interna vel externa. Interna consistit in deliberatione facti, an sit criminale an verò civile, & indicis gravatus ob quæ fugitivus deprehendi ac vinculis adstringi possit. Externa verò consistit in ipsa deprehensione actuali, ac incarceratione; Illa spectat ad generalem inquisitionem ubi an delictum & à fugitivo sit commissum taliter qualiter cognoscitur, Carpzov. p. 3. quest. 107. Hæc verò concernit spe.

specialem inquisitionem quando contra reum fugitivum captum, secundum processum accusatorium vel per modum inquisitionis, ut veritas & confessio indagatur, agitur.

§. XXIV.

Nostro Foro deprehensionis licet & Forum delicti commissi alias præponatur ac illud tanquam subsidiarium esse asseratur, interim tñ. maxima inter Dd. fuit controversia, numne Judex fori deprehensionis fugitivum malefactorem ad judicem delicti commissi ad inquirendum & ac puniendum, transmittere teneatur: Jure Civili Romano magistratus deprehendens ejusmodi facinorosum judici loci delicti transmittere quidem cogebatur, ob celebriorem forsitan probationem, expeditionem ac confrontationem *l. 3. pr. ff. de re milit.* quod regulâ juris civilis quoq; probatur: in criminalibus locum delicti potissimum respici, ibiq; reum capi & puniri posse. *l. fin. C. de accus.* qua ratione & Doctores expressissimos textus allegant pro suis standis sententiis *ex l. 1. aut b. C. ad L. jul. de adult.* ubi verba: *Si cognoscitur quid in alia provincia degat, jubemus provincia illius judicem in qua crimen commissum est, epistolâ publicâ (quam nos literas reversales hodiè nominamus) uti ad provincia illius judicem in qua delinquens degit, ille verò qui literas accepit, comprehendat eum & ad judicem provincie transmittat, in qua peccavit idem quam ex l. 28. §. 15. ff. de pœnis, verba: Si quis comprehensorum criminum reliquerit provinciam illam, in qua crimina deliquit, jubemus legitimis edic-*

dis

His iudicem revocari eum, facere. Hodie & moribus nostris dissentientes omnino haud sine fundamento remissionem denegant, praesertim contrariam per totam Germaniam haud ignotam consuetudinem allegantes, quae iudices non vilem civilium, sed magis ob amicitiam viciniorum literis reversalibus exaratis & transmissis, quibus in eadem & simili causa iterum facturum, & iurisdictioni non praedicturum promittitur, ejusmodi captos delinquentes remittere solent. *Carpzov, proc. Crim. Tit. 1. art. 4. verb. § 10* seynd doch ic.

§. XXV.

In Foro Saxonico Electorali ejusmodi remissiones non nisi tribus in casibus occurrere solent; Si nempe 1.) Judex deprehendens ex voluntate ac libero arbitrio ad instantiam Judicis commisi delicti, accepto antigrapho, daß es heimlich ihme an seinen Gerichten nicht nachtheilig seyn sollen/sondri er in dergleichen und andern Fällen auch iederzeit nachbarlich sich also bezeigen wolle / ic. captivum remitti concedat, & 2.) sub praefectura Electorali delictum fuerit commissum, quo casu iudices municipales, nobiles aliique interiores delinquentem detinentem remittere tenentur. Denique; 3.) remissionis locus est quando in loco delicti inquisitio jam ad finem usque perfecta, delinquens vero ante executionem sententiae è carcere aufugiens aliunde deprehensus fuerit, literis persecutoris emissis. *Carpz, Proc. Crim. a d art. 4. tit. 1. Et Constit. Elect. de anno 1555. ne alias sententia esset elusoria. Art. qu. §. 110. n. 63.* Tandem quidam vel ob
certa

certa crimina remissionis obtinent, si nempe quis crimen læsæ Majestatis perpetraverit. *vid. Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 225.* ; vel ob certa privilegia personalia, si nempe studiosus delinquit, qui à Rectore Academico advocatur. *Autb. Habita. ne filius pro patre. quæ ad milites quoque applicatur de quo supra §. dictum.*

§. XXVI.

Ex paritione de deprehensione fugitivorum ad perscrutationem domesticam rerum obconditarum ac personarum sese celantium transire haud minus precii erit. Magna & quotidiana disceptatio inter Doctores fuit orta, an liceat rem furto ablatam aut furem sese celantem in ædibus alienis quærere ac investigari? Quidam putarunt quod nemini sit licitum alienas ædes perscrutari, sed cuilibet ædes tutum ac liberum esset receptaculum. *l. 18. ff. de in jus vocando.* Imò & quoque durum ac admodum injuriosum dicatur alienas ædes invito domino ingredi, quia quempiam nec teneri de jure civili indicare furem, vel rem furtivam, quantumvis sciat dominus ædium, *l. 47. §. 1. ff. de furto.* Ast praxis quotidiana contrarium docet, quod nempe, licet non privata, tamen magistratus autoritate perscrutatio domestica institui possit. *Werner observ. pract. verb. Haus/ suchung* &c. quo casu pars, cui res furtim ablata, actione injuriarum non teneretur, etiamsi in ejusmodi perscrutatione nihil sit inventum. Quod si verò privatus absque requisitione atque autoritate magistratus propria ausu id fecerit tunc injuriarum actione maxime teneretur *l. 23. ff. de Injur.*

C

§ 27.

§. XXVII.

Si itaque per ejusmodi perquisitionem penes dominum ædium aut possesorem res furto ablata inveniatur, dominus aut possessor minus fur esse præsumitur, in dubio enim delictum non præsumitur. *l. si. ff. pro socio*, præsertim si persona apud quam res furtiva reperiatur sit honesta ac integræ vitæ & famæ. Quod si v. persona penes quam res aut persona fugitiva reperitur esset malæ famæ ac levis conditionis, tunc non solum reus fugitivus ibi se abdicans sed & dominus ipse tanquam receptor est deprehendus cum rebus ablatiis ac receptis, etiam licet fur ipse detrectans non deprehendatur, est n. contra dominum ædium sufficiens ad inquirendum etiam ad torturam indicium, nisi ipse doceat à quo istas receperit dominus ædium.

§. XXIIIX.

Ex supra & antea dictis satis constet quod deprehensio ac perquisitio domestica auctoritate magistratus tantummodo perficienda sit & non privato solummodo indulgenda, quod pariratione de consecrationem in via quoque esset intelligenda. Cum a. sæpissimè sit quod delinquentes ac fures cum rebus furti ablatiis aufugiant, & priusquam Judicis officium implorari ac literas persecutoriales, *Stech-Brieffe* impetrari possint, multum temporis effluat ac interea illi multo excurrant etiam tutissima quærant receptacula. Inde consecratio privato est concessa, modo suum absque strepitu fori tranquillè recuperari possit, etiam si fures in alienis territoriis aliaque jurisdictione

stione arriperetur, modores non recusante fure recipiantur. *Ordin. Crim. art. 114.* & sufficit domino, quod suum receperit, & Magistratui vindicationem tantum reliquerit. *105. tit. C. ut nemo inuit. arg. vel accus. ten.* Nemo enim furem indicare tenetur juxta *Crim. Ordin. art. 114.*

§. XXIX.

Forum Deprehensionis denique eo tendit ut crimina commissa cum suis circumstantiis accuratissime cognoscantur, de iisque processus sive sit accusatorius sive inquisitorius secundum ordinationem præscriptam pertractetur, ac denique condemnatus iusta per sententiam latam afficiatur pœnâ.

§. XXX.

Ex §. 10. supra satis deductum quod delinquens fugitivus & captus fori iudicis deprehendentis sortiri ac de incompetencia quæri non deberet, ex quo fuit fugitivum captum confessione ac veritate delicti eruta quoque secundum leges & statuta loci, ubi deprehensus fuit, pœnâ affici ac puniri debere, & quidam pro hac ratione allegant, quod pœnalia statuta non debeant extra territorium extendi ac iudicem deprehensionis nullum habeat extra eum imperium *l. f. C. de Jurisdic. omn. judic.* Cum à multum inter sit imperium habere, & pœnam infligere pro contraria opinione melius concludimus. Quod sicut pacificentes juxta statuta & leges loci contractus obligantur *l. 20. ff. de judic.* ita & delinquentes ob delictum in loco commisso quoad pœnam obligentur ac puniantur. Diversis enim extantibus juribus & sta-

tutis circa pœnam infligendam est cõmunis opinio, quod Judex non pœnam statuti sui fori deprehensionis, sed eam innovet, quæ est vel juris communis vel in loco Delicti commissi statuta. *Jul. Clar. pr. Crim. quæst. 85. Dec. prax. crim. lib. 4. c. 16. n. 4.*

§. XXXI.

Sumtus quod attrinet qui circa deprehensionem & inquisitionem reorum sæpissimè quamplurimi causantur, eos Judex deprehensionis tanquam onus jurisdictionale solvere tenetur juxt. *Const. Crim. 218. Carpz. pr. Crim. tit. 14. art. 1. it. Churfürstl. S. Landts-Ordnung tit. von Unkosten der Peinl. Prozesse 10. & justum & omninò æquum videtur eum qui tentat commodum, incommodum quoque sentire. Fiscals enim domini sumunt multas ergo & sumtus suos facere pro exercenda jurisdictione necesse habent Weichbild *art. 59. num. 4.* Judices insuper ad justitiam colendam reipubl. gratia sumtus ex arario facere teneri meminit *Coler. de proc. exercit. p. 1. c. 3. n. 259.* quod insimul *Ordinar. provincialis Saxon. diserte mandare extrat, cui adstipulatur regula vulgaris: Quandocuhque quis munere suo fungitur, vel aliud qui facere tenetur, ob compensationem sibi factæ concessionis propriis sumtibus illum facere teneri nec horum repetitionem habere. Sichard. in l. 1. n. 3. Et seqq. C. de negot. gest.* Cum Judicis officium sit im aliis hominibus purgare provinciam *l. de offic. præsid.* idque facere gratis non autem munera accipere sequitur *l. 6. de off. procon.**

§. XXXII.

Interim tamen consuetudine & praxi quoti-
diana in

na in omnibus ferè locis obtendum, quod subditi sumtus criminales ferre debeant, quod & *in Ordin. Sax. sub tit. von Peinlichen Unkosten* §. were aber 2. minimè improbat. Quoniam autem ejusmodi consuetudines magnopere à jure communi recedant ac ratione subditorum maximè odiosæ sint, istæ non ad omnes casus in genere sed in specie ad eundem casum de quo agitur & quique probatur, sunt extendendæ, adeoque diligenter investigandum ne id quod casibus in certis tantum est receptum & more approbatum, ad alios ulterius extendatur. Et adhuc notandum, subditos in totum & heredes damnatorum de expensarum refusione liberari, si bona reorum aut confiscantur, aut heredes illis spontè cedant. Carpz, *Proc. inquis. tit. 14. art. 3.*

§. XXXIII.

Quare & valde iniquum, quando reus captivus aliquid sumtum judicialium ex propriis præstare, cogitur, cum statuta ubi sunt recepta, subditos saltem obstringant. Nemo enim suo gladio aut virgis à se emptis caedi opinatur. *arg. l. 1. de Senatoribus.* Secus verò se habet circa sumtus in probatione defensionis factos, quos ipse reus sarcire tenetur. Carpzov. *p. 4. Const. 12. def. 4.* Si verò reus vel absolvarur vel damnatus pœna corporis affligatur aut ob paupertatem sumtus restituere non potest, omnis immunis redditur juxt. Carpz. *Proc. Inquis. tit. 14. art. 1. 1. Constit. Crim. Carl. V. art. 204. in v. was aber sonst 2. & Churfürstl. Sächsl. Landes Ordnung de anno 1555.*

§. XXXIV.

Sumtibus nunc dimissis quaritur an rei in Foro deprehensionis damnati & horum hæredes ad restitutionem damni & interesse læsis sint obligati. Videtur quidem id quod §. præcedenti demonstratum, quoque huc applicari ac statui posse, ne damnatus & pœnâ corporis afflictus aut supplicio passus ob unum delictum bis puniatur, quia per mortem omnia solvi & binam petitionem in civilibus interdictam esse constat apud Hippol. de Mars. Sing. 576. Constitut. Elector. 12. pag. 4. def. 9. Verum enim verò his non obstantibus pœna corporalis ad vindictam tantum publicam tendens civilem persecutionem ad damnum & interesse privatorum redintegrandum minime potest suffere, quoniam sunt separata, quorum unum alterum non tollit. lib. 9. §. 5. de publ. veſtigal. Farinac. in prax. Crim. quest. 1. num. 64. seqq. quare & reipersecutoriâ actione heredes reorum maximè compellendi sunt quanquam aliàs actio contra heredes ex delicto non obtineat. Cessat autem restitutio si aut non petatur l. 56. §. 1. de furt. cum Judex deprehensionis suum officium circa civilia minus ac alii Judices interponere non teneatur. l. 4. §. 7. 8. de damn. infect. aut ad heredes nihil pervenerit, quò conditio eorum melior facta fuerit. Priori casu statuunt quidam quod si præter supplicium aut aliam pœnâ à reo exactam suum quis non petierit, à petitione sui interesse & damni in futurum eum excludi, quod quidem non quadrat sed magis Legibus standum quod à non usu legum & beneficiorum cujusdam, derogatio non induci possit. l. 10. ff. de verb. obl.

§. 35.

Hoc denique id, quod quidam deprehensionis
 iudices inter olim *ω λευνησιμια* exercere solent, spe-
 ctare haud ambigitur quod nempe isti saepissime avari-
 titia imbuti, qui non tantum ob interesse publicum,
 quam privatam & maxime proprii lucri causa fugiti-
 vos perserutantur, & captos non solum omnibus bonis
 statim exuant, sed praeterea honesto tanquam
 juris praetextu & consuetudinis ista sibi adscribant,
 cum tamen optimè sciant aut scire debuissent cuius
 erepta fuerint. Pro firmanda opinione quidam Judi-
 ces allegant, ac si ejusmodi consuetudo, quæ sit jus
 non scriptum usu vero approbatum, habere vigorem
 legis & pro legibus custodiri debere *l. quibus ff. de LL.*
 proinde jure ejusmodi adempta bona non dominis
 veris sed sibi ipsi tanquam fructus jurisdictionales
 accommodari posse, sed quam benè quòve jure id fie-
 ri, ostendit *Const. Imp. Carl. V. in recessu Norimberg. an. 22.*
 ubi aviditas ejusmodi officialium in totum refrenatur,
 & statuta & ejusmodi contra legem prohibitivam al-
 legata consuetudo invalidatur; Legibus n. est firma-
 tum, id quod nostrum sit, sine facto nostro ad alium
 non transferri *l. id quo de Reg. Jur.* Judex quoq; depre-
 hensionis debet praesumere ad alium spectare id quod
 suum non sit, *l. fin. C. unde vi.* & cum alterius damno se
 non locupletari, sed magis contentus esse cum bonis
 vacantibus aliisque commodis jurisdictionalibus *l. lo-
 cupl. de reg. jur. constit. Elect. 33. p. 4. phil. lib. 4. Eccl. 9.* jure-
 que naturæ iudices convincuntur quod cuiq; suum
 sit reddendum. *S. 1. Inst. de t. et t.*

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996


997

998

999

1000





ULB Halle
005 355 346


3



vd 18







B.I.G.

Farbkarte #13

483

1703, 6
2. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

FORO DEPREHEN- SIONIS

SUB PRÆSIDIO ALTISSIMI

EX

DECRETO & CONSENSU

INCLYTI JURECONSULTORUM ORDINIS

*In Per-antiqua celeberrima & Electorali Uni-
versitate Erffurtensi*

Pro LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores, Immunitates
& Privilegia DOCTORALIA

inè & legitimè consequendi,

publicè eruditorum disquisitioni submittit

AUTOR & DEFENSOR

CHRISTIANUS SCHUMANNUS

Mehranâ-Misn. Advocatus immatriculatus

IN AUDITORIO JURISCONSULTORUM MAJORI

Die *Augusti Anno M. DCC. III.*

ERFORDIÆ, STANNO MÜLLERIANO.